

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 2: De aliis peccatis Caput 15: De mendatio (3)

Gregorius:

Sed quia scriptum est: Os quod mentitur occidit animam,
et perdes omnes qui loquuntur mendatium,
hoc quoque mendacii genus perfecti viri sumopere cavent,
ut nec vita cuiuslibet per eorum falsa aut mendatia defendatur,
ne sue anime noceant, dum prestare aliene carni salutem affectant,
quamquam hoc ipsum peccati genus credimus relaxari.
Nam si quelibet culpa sequenti mercede purgatur,
quanto magis hec facile abstergitur quam merces ipsa comitatur.

Sed quia scriptum est: *Os quod mentitur, occidit animam.*
Et: *Perdes eos qui loquuntur mendacium;*
hoc quoque mendacii genus perfecti uiri sumopere fugiunt,
ut nec uita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur
ne suae animae noceant, dum praestare carni nituntur alienae;
quamquam hoc ipsum peccati genus facillime credimus relaxari.
Nam si quaelibet culpa sequenti solet pia operatione purgari,
quanto magis haec facile abstergitur,
quam mater boni operis pietas ipsa comitatur?

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 18.3 (CCSL 143A, M. Adriaen ed., pp.888-9, ll.17-25).